



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XLVII. Notiz über eine von dem Markgrafen Ludwig der Stadt Pritzwalk über Hebungen aus dem Dorfe Groß Stregenthin ertheilte Bestätigung, vom Jahre 1335.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

*F*chor. in curia kub. *F*chor., in curia hinrici dammen VI modios absque censu. Cum quibus bonis altare in honorem sancte marie virginis sanctique iohannis baptiste in ecclesia sancti iacobi ibidem fundatum liberaliter dotauerunt. Vt autem hec omnia et singula inuolabiliter obseruentur et ut nos bonorum operum istorum participes fieri meramur, — dictorum bonorum proprietatem dimittimus et conferimus, gratuite relaxando. Ipsa quoque bona eximimus ab omni precaria, omni seruicio publico et priuato, ab omnibus contributionibus, vecturis, vexacionibus, angariis et perangariis et aliis infestacionibus, quibuscumque censentur nominibus, cuncto tempore successuro, nichil nobis aut nostris heredibus successoribus penitus referuantes; sed cum omni libertate iuste proprietatis titulo ad memoratum altare in perpetuum liberaliter pertinebunt. Huius rei testes sunt hermannus de cleynow, ludolphus nigenkerken, milites; godekinus de molen famulus et quam plures alii fide digni. Actum et datum sub anno incarnationis M^o. CCC^o XXXII^o, feria quarta proxima post dominicam, qua cantatur reminiscere, sub appensione nostri sigilli.

Honorabili viro domino preposito haelbergensis ecclesie Consules ciuitatis perlebergh cum decenti reuerencia quidque poterint obsequii et honoris. Protestamur presentibus, litteras veras super proprietate bonorum confectas et sigilli domini nostri comitis zwerinensis sigillatas concordare in omnibus cum exscripto superius scripto in tenore, et que dissensio habetur inter dominum iohannem vugken, vicarium in perlebergh, qui ipsum altare possidet et habet sibi collatum, et ipsos magistros guldarum, qui sunt fundatores et collatores ipsius altaris, de iudicio excessuum, qui in ipsis bonis contingunt, in excessum capitis aut manus tangencium, quis eorum eos merito iudicabit, vnde petimus vna cum ipsis magistris, quatenus examinata prius scripta copia littere nobis demandetis, quis eorum, aut collatores altaris aut altarista ipsius, merito tales excessus ad manum et caput tangentes debeat iudicare, quid vobis iuris de eo videtur nobis referentes. Datum anno domini M^oCCC^oXL^o, in die beatorum tymonis et iude apostolorum, nostre ciuitatis sub appensione secreti in testimonium predictorum.

Nach dem vom Superintendenten Liesegang in Perleberg mitgetheilten Originale.

XLVI. Notiz über Beleihung eines Bürgers zu Perleberg mit Hebungen aus der Münze zu Kyritz, vom Jahre 1333.

Anno domini M^o. CCC^o. tricesimo tercio, feria quinta post Martini, in prenzlo. Contulimus Jo. de Stendal, cui in Perleberg suisque veris heredibus viginti libras denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum in moneta nostra Kyritz quiete et pacifice perpetue possedendas, iuribus tamen nostris referuatis.

Nach Markgrafen Ludwig's I. Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XI.

XLVII. Notiz über eine von dem Markgrafen Ludwig der Stadt Prizwalk über Hebungen aus dem Dorfe Groß Stregenthin erteilte Bestätigung, vom Jahre 1335.

Anno M^o. CCC^o. XXX quinto, in Turgelo, in septimana pasche. Confirmamus ciuibus in prizwalk vnam litteram ipsis prius sub nouo sigillo datam super decem et octo frossis in villa magna

Stregentin et in molendino ibidem sitis: pro qua confirmacione dicti ciues nobis dederunt LIII^{or} marcas argenti Brandenburg, de quibus satisfecisse dinoscuntur. (Non habent litteram. Queratur quis receperit pecuniam?)

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXVIII. — Bgl. B. II. S. 25. Nr. IV.

XLVIII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Prizwalk die Rathswahl nach Seehausenschem Stadtrecht und das Zumauern eines Thores, im Jahre 1335.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, Comes palatinus Reni, dux Bavarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, prudentibus viris et discretis Consulibus et vniuersitati ciuitatis Prizwalk fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum. Effecerunt erga nostram gratiam vestre fidelitatis sepius approbata et commendabilia merita, quod vos in vestris iuribus et approbatis laudabilibus consuetudinibus conseruare veltrisque commoditatibus, honoribus et profectibus conamur et intendimus intendere temporibus oportunis. Vnde cum concors electio Consulium, per vniuersitatem vestram pro nunc facta, ipsi nostre ciuitati et nobis, vt nobis innotuit, vtiliter conuenia, vt denuo consules, qui discretionem suffulti sint, nobis eciam et ciuitati predictae conuenientes, perpetue, secundum ciuitatis nostre Sehufen aliarumque nostrarum ciuitatum ritum et modum commune, eligere habeatis, vobis omnimodam concedimus et conferimus presentibus facultatem. Volentes etiam valuam nouam sine voluntate communitatis ciuitatis predictae per Consules constructam, sic quod nullus exitus nec introitus per eam deinceps fiat, obstrui, murosque ante ipsam valuam situatos, sine lesione tamen ipsius ciuitatis, dissolui et in vsus communes ipsius ciuitatis conuertere et plenarie deriuari. Mandantes etiam vt nouam et insolitam per ipsos nunc desitutos consules de consistorio ciuitatis nostre predictae annis singulis dandam institutam pensionem, nulli denuo, sed quod ipsam in vsus ipsius ciuitatis conuertatis probabiles, ministretis. In cuius rei Testimonium presentes conferibi Sigillique nostri munimine iussimus communiri. Datum Spandow, Anno domini Millesimo Trecentesimo Trecesimo quinto, feria quarta ante Epiphaniam.

Nach dem Originale des Prizwalcker Rathsarhives. Mit Auslassungen und willkürlichen Veränderungen, auch mit falschem Datum abgedruckt bei Beckmann a. a. D., Sp. 126, bei Ludwig und bei Buchholz Gef. d. Churm. Thl. V, S. 48 des Urk.-Anhangs. In dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXIII, wo diese Urkunde sich ebenfalls findet, beginnt sie mit den Worten: In vigilia Epiphanie domini.

XLIX. Markgraf Ludwig verleiht Bürgern in Perleberg Hebungen aus der Münze in Kyritz im Jahre 1335.

Anno domini M^o. CCC^o tricesimo quinto, in Spandow, in octaua Epiphanie domini. Contulimus Johanni et dieterico fratribus dictis hund in dem burn ipsorumque veris heredibus ciuibus in perleberg XII^l frusta denariorum brandenburgensium annuorum reddituum, in moneta nostra